Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

secum locum. vocauitque illum
sanctus Martinus ad se dicens illi.
Benedic domine victor. Cui ille. Be-
nedic me domine tu michi · et vnde des sino-
tinus. sicque iussu sancti viri secutus
est eum. Que conuocata plebe
ordinauit episcopum. eiusque filium
victorinum nomine baptizauit. et
secum ad nutriendum ad dei ser-
uicium tulit. quem etiam post obitum
patris eiusdem ciuitatis ordina-
uit episcopum. Ad aquas duras na-
tale sancte verene virginis. Et sancti
Egydii abbatis. iiij Nonas
G Sept. Nat. sancti iusti episcopi
lugdunensis. mire sanctitatis et
prophetie viri. Hic dum episcopatum
suum relinquens. ascensa naue
comitante secum vno tantum
puero. qui officio lector erat.
nomine viator. peruenit ad egyp-
tum. vbi per aliquot annos cum
monachis celum solum ex-
spectantibus consociatus. humi-
litate et sanctitate non mediocri vi-
xit. Cursu itaque temporis con-
summato coronam percepturus
migrauit ad dominum. pridie
idus octobris. Corpus eius
a religiosis ciuibus lugdunum
cum ossibus beati viatoris ministri
eius relatum. et condigno cultu in
basilica sanctorum machabeorum con-
ditum est. quinto nonas Septembris.
Item apud placentiam urbem beati
helpidii episcopi et confessoris. Apud
appiam sancti Antonini martyris.
A iij Non. Sept. Natale
sancte Feben de qua beatus apostolus ro-
manis scribit. Rome passio
beate serapie virginis sub adria-
no imperatore iudice berillo.
Hec antiocena fuit genere.
et cum in domo sabine commo-
raretur. exhibita est in conspectu
presidis. Cui ille dixit. Sacrifi-
ca diis. Que respondit. Timeo
et colo deum omnipotentem. non sacri-
fico demonibus. Tunc preses ius-
sit eam quinque iuuenibus tradi.
ut ei nocturno furto insul-
tarent. A quibus perducta in cubi-
culum valde obscurum. cum vellet
eam tangere. subito terremotus
factus est magnus. cecideruntque
exanimes in terram. membris
omnibus resolutis. Post hec fe-
cit eam fustibus cedi. et arden-
tes lampades lateribus eius
apponi. Sed qui eas tenebant